Defendendi, prout fuerit optimum, Committens ijsdem Executoribus de
bonis singulis post mortem relinquendis, disponatur, prout animae
saluti dicti testatoris viderint expedire, quodque omnia inferius le-
gata et ordinata fideliter solvant, et salubriter exequantur.
Imprimis namque idem testator animam suam DEO omnipotenti, ut
ipsam per piissimam suam misericordiam, et per sanctorum intercessio-
nem dignetur suscipere, et in gaudium sempiternum perducere commen-
davit, corpus vero sive funus suum Ecclesiasticae sepulturae tradi, et
in Ecclesia parochiali Durstensi ante Altare quod constitui fecit versus
Aquilonem sepeliri desideravit. Nolens etiam idem Testator praedictos
suos Executores ad ulteriora obligari, quam bona sua post mortem relin-
quenda se extendunt. Item legavit et donavit sanctissimo in Christo Pa-
tri Dno et Dno Julio Papae nostro secundo tres albos Colonienses
semel dandos, Item legavit Dno nostro Gratiosissimo Hermanno
Archiepiscopo Coloniensi tres albos semel dandos. Item legavit et do-
navit Reverendo viro Dno sigillifero Curiae Arnsperg. tres albos
Colonienses. Item legavit et donavit ad fabricam Majoris Ecclesiae Co-
loniensis medium florenum aureum semel dandum. Item de bonis suis
paternis et maternis post obitum parentum suorum ad ipsum devolutis
legavit et donavit fratri suo Joanni Ghuns Burgimagistro tres
florenos annuae pensionis ex domo ejusdem Joannis, qui-
tando eidem omnia debita modo restantia. Item legavit et donavit Hen-
rico Besten sororio suo, et Catharinae uxori ejusdem sorori suae duos flo-
renos annuae pensionis ex bonis Joannis Hom Xaser secundum literam
continentiam quarundam literarum desuper confectarum, quas consideravit
ut ipsis legatarijs post mortem porrigantur, Item legavit Theodorico
Ghuns fratri suo unum florenum aureum semel dandum. Item legavit
Antonio et donavit Henrico Tonghers et Costee uxori ejus sorori dicti
Testatoris unum florenum aureum semel dandum. Item legavit Anto-
nio et Mechtildi uxori ejus in der Weidtgassen Coloniae unum flo-
renum aureum, et duodecim albos Colonienses semel dandos, Item legavit
et donavit filijs suis prolibus sororis Honorabilis Dni Everhardi Item
Bonny Canonici ad gradus Colonie quimuram habere solebat Coloniae
in der weidtmarkt sex albos Colonienses semel dandos. illis non
extantibus propter DEUM erogentur. Item fatebatur se semel a Joan-
ne Buttorf, cum Arnoldus Buttorf cum eodem movebat lites Co-
loniae decem albos et duos denarios recepisse, pro quibus plures labores
habuit, casu quo illos rehabere velit dentur sibi. Item legavit et dona-
vit S. Quirino Nussiae quatuor lib: cerae semel dand. Item legavit
pauperibus in Dursten in Hospitali morantibus

Insuper dictus Testator de bonis suis haereditarijs legavit, disposuit et
ordinavit in animae suae parentum suorum Joannis et Theodorici Ghuns
fratrum, necnon Catharinae et Costee sororum suarum ac Henrici
Besten et totius progeniei eorum ac Benefactorum suorum omni-
umque fidelium Defunctorum salutare remedium ea quae sequentur
per praedictos suos Executores fideliter et rationabiliter expedienda.

In